

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

obtrundatur conatibus tuis utilissimis, bonorum, heu! nimium justa est querimonia, dum huic atque illi conspiciunti ~~λόγοις~~ oportet. De Lutheri impotentissimo Spiri-  
tu increpitato operae precium fecisti ~~λόγοις~~ τὸς ταδιάδες. Unum restat perfici-  
endum, quod à Frobenio perceptum intellexi, Italorum nonnullorum ut nimirum  
demonstrantur orbi stulta & φλαυτα judicia, qui præter unum Ciceronem ne tantil-  
lum quidem permittant cuiquam laudis in dicendo. Multos hæc opinio in tui, tum  
cæterorum haud trivialium autorum, contemtum adduxit. Praefertim Bononiæ,  
abi Lazarus quidam regnabit Aristarchus, non dicam Erasmo-mastix. Proinde  
expecta à Tuo Frobenio cætera. Claudam. Vale, mi Erasme, & aliquo amiculu-  
rum fac perstet in numero Leonardus ille tuus, nulla unquam vi abs tui veneratiōne  
divellendus. Patavii. Octavo Idus Junias, MDXXVI.

**Leonardus Casperotus**  
(sic est novum cognomen)  
verè tuus.



## V I.

**Henricus Botteus, Officialis Burgiensis,**  
Erasmo.

Hispaniæ furia nondum in manus nostras pervenerunt, quas credo  
indubitate fide, jam tua Apologia paulò suaviore Hieronymiana in Vigilantium Hi-  
spanum, mitiores factas. Ubi primum legi in tuis literis nomen Bedæ, statim su-  
bit recordatio Collegii Montis-acuti, exhorruique, ne Præceptor plagiatus iterum  
ferula me feriret, hunc alias bonum virum arbitratus sum, donec leviculo illo dictorio  
laesus, Beda Lutetia sapit, in tantam maledicentiam prorupit, ut apertius ementitam  
sanctimoniam, atque latens sub gibbo illo suo virus evulgare non potuisset. Ad-  
versus hunc & cæteros ejusmodi, nec non turbulentissimum Lutherum, fortè invi-  
ctumque animum tibi præfet, aut certè si visum fuerit, ab his liberet rixis Dominus  
noster Jesus Christus, in quo te quam optimè diutissimeque valere opto. Vale mi  
Domine reverende, ex Burgo Bressiano, pridie nonas Martii, 1528.

*Humilis famulus*

**Officialis Burgiensis.**

L I I I I 2

VII.